Item, en Pieraz Rayeyaz unum adossum vinee juxta vineam quam tenet dictus Stephanus a dicto Nobili Amedeo a vento, et vineam confratrie Sancti Spiritus de Perruys quam colit Franciscus Gringalet a dicti confratria a borea.

Item, ibidem prope unam falcata[m] prati juxta viam de Couvalouz a vento, et pratum dicti Stephani a borea.

Item, ouz Filiolaioz unum adossum vinee vocatam Ados Morel juxta vineas dicti Stephani a vento et borea.

Item, en Chenevaz medietatem trium falcatarum prati juxta pratum quod tenet dictus Stephanus a priore de Perruys a juria, et pratum quod tenet dictus Stephanus quod fuit Stephani Clemency a lacu, in quo prato illi de Bonomonte percipiunt et habent quartam partem, pro quibus rebus omnibus predictis debet et debere confitetur ac solvere tenetur idem Stephanus pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis, videlicet septem solidos Lausannenses census et unum bichetum frumenti census.

Item magis, tenet sub homagio et censu predictis unum morsellum vinee situm en Perrossel juxta terram Nycodi de Clauso antenati a borea, et vineam dicti Stephani a vento.

Item, tenet et tenere confitetur idem Stephanus pro se et suis a dicto Nobili Amedeo et suis in augmentum feudi et homagii predicti censerii, videlicet quamdam peciam vinee sitam in territorio de Perruys loco dicto en Pieraz Raeyaz juxta pratum dicti Stephani a lacu, vineam eiusdem Stephani a borea, vineam Petri Souvens a vento, et vineam altariensis confratrie Sancti Spiritus de Perruys a juria, quam peciam vinee dedit in augmentum dicti homagii Dominus Johannes douz Verney miles quondam pater dicti Nobilis Amedei pro se et suis Johanni Martine quondam patri dicti Stephani et suis, de qua donatione docuit idem Stephanus per licteram manu Mermeti Bassins de Bougier Millon confectam 18 aug 1492 (clearly written, but should certainly be 1392 ! The parcel in question appears to be the one discussed at the bottom of fol. 14v, above).

Item, tenet et tenere confitetur dictus Stephanus pro se et suis a dicto Nobili Amedeo et de feudo et homagio ipsius et suorum, res infrascriptas que fuerunt Hugoneti Martine de Perruys quondam,

Primo, videlicet quamdam domum seu torcular sitam apud Perruys juxta domum seu casale dicti Stephani quod fuit dicti Hugoneti a vento, et casale quod fuit Benedicti de Subtusecclesiam quod tenet Nycodus de Clauso junior a borea, et vineam dicti Nycodi a lacu, quod torcular tenet titulo vendicionis facte per Perretum Martine de Perruys et Johannetam eius uxorem Johanni Martine quondam patri suo de qua vendicione docuit per licteram per Vuilliermum de Alingio notarium quondam confectam de qua laudatus est ut in licetera donacionis superius narrata continetur.

Item, tenet unam aliam domum ibidem sitam in villa de Perruys prope domum dicti Stephani juxta vineam Nycodi de Clauso junioris a lacu, viam publicam a vento, et torcular predictum a borea, excepta quadam sponda muri a parte lacus et quadam particula dicte domus que movetur ab illis de Clauso quam domum tenet nomine vendicionis facte per dictum Hugonetum Martine dicto quondam Johannis Martine patri quondam dicti Stephani precio duodecim librarum prout docuit per licteram manu Mermeti Bassins confectam.

B26 Item, quamdam ochiam sitam in villa de Perruys juxta grangiam dicti Stephani a borea, terram quam tenet Francesia filia quondam Humberti Hostoz uxor Nycodi Alloz a dictis Berniczot a vento, et ochiam dicti Stephani a juria, pro quibus rebus predictis ultimo limitatis que de tenemento dicti Hugoneti Martine moventur debet et debere confitentur idem Stephanus pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis quinque solidos Lausannenses census.

Item, tenet et tenere confitetur idem Stephanus pro se et suis a dicto Nobili Amedeo et suis et de emphiteosi ipsius ex vendicione ipsi Stephano facta per Dompnum Johannem Berniczot cappellanum de Rotulo precio viginti librarum per licteram manu Jaqueti Gos de Albona confectam sub spe reacheti quandam peciam vinee continentem circa dimidiam posam vinee sitam in territorio de Perruys ante domum illorum de Clauso de eodem loco juxta domum et ortum Jaqueti Folli habitatoris de Perruys a vento, domum Anglesie filie quondam Hugoneti Martine et ortum Nycodi de Clauso junioris a borea, clausum vinee domini Rotuli a lacu, et viam publicam a juria, pro qua debetur dicto Nobili Amedeo et suis decem denarios Lausannenses census, quos solivit et solvere tenetur dictus Dompnus Johannes Berniczot.

B26v Item, tenet ex acquisitione facta per ipsum Stephanum a Stephano Brandis et Johanne eius filio de Bougier Millon de feudo censerio dicti Nobilis Amedei et suorum ut docuit per duas licteras per Jaquetum Gos de Albona notarium confectas precio quadraginta librarum sub spe reacheti, videlicet quamdam peciam vinee sitam in territorio de Bougier Millon loco dicto en Curtaz Rayaz juxta carreriam publicam a borea, et iter tendens de Bougier Millon versus Perruys quodam russello aque intermedio a vento, quam vineam excolunt a dicto Stephano ad medios fructus dictus Johannes Brandis et Jaquetus Lombar durante ipsa vendicione.

Item, tenet titulo vendicionis sibi facte per Johannetum Bocquin per licteram per dictum Jaquetum Gos confectam sub spe reacheti precio sexaginta solidorum quamdam peciam prati sitam in territorio de Perruys loco dicto en Channivet subtus Villar juxta pratum Petri Souvens quod tenet dictus Stephanus a juria, pratum Nobilis Francisci de Mont et Johannis eius fratris et pratum Mermeti de Villar a lacu et borea, et pascua communia a vento.

Item, tenet dictus Stephanus pro se et suis in emphiteosim perpetuam a dicto Nobili Amedeo et suis, res infrascriptas quas olim tenebat Jaquetus de Bougel sitas in territorio de Perruys,

Et primo, unam posam terre sitam en Oyes juxta pratum vocatum Grant Praz a borea, et pratum quod tenet Nycodus de Clauso junior a vento.

B27 Item, en Montilliez unam posam terre juxta terram dicti Stephani Martine a vento, et terram dicti Nycodi de Clauso junioris a borea.

Item, ibidem dimidiam posam terre juxta terram Francesie uxoris Perreti Bocquin a vento, et terram heredum Mermerii Vivet ? quam tenet dictus Stephanus a borea.

Item, ibidem prope unam posam cum dimidia terre juxta terram Johanneti Bocquin quam tenet dictus Stephanus a borea, et terram quam tenet idem Stephanus ab Hugoneto de Virier quondam a vento, pro quibus quatuor peciis terre superius ultimo limitatis debet et debere confitetur idem Stephanus pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis, videlicet quinque cupas frumenti puri ad mensuram de Perruys census.

Item, tenet ex acquisitione facta a Johanneto Bocquin ut asserit precio viginti quatuor solidorum dimidiam posam terre sitam en Montilliez juxta terram dicti Stephani quam tenet a Petro Souvens a borea, et terram ipsius Stephani que movetur a dicto Nobili Amedeo a vento.

Item, tenet ex acquisitione facta per ipsum Stephanum a Petro Souvens precio sexaginta solidorum, videlicet quamdam peciam terre sitam in territorio de Perruys loco dicto en laz Reculaz juxta terram dicti Stephani a vento, et terram Johanneti Bocquin quam tenet dictus Stephanus a vento et juria.

B27v Item, unam rassiam prati sitam en Channivet juxta vineam altariensis Sancti Spiritus de Perruys a juria, et pratum quod tenet dictus Stephanus a Johanneto Bocquin a lacu, ut docuit per licteram vendicionis per dictum Jaquetum Gos confectam.

Item, tenet idem Stephanus pro se et suis in emphiteosim perpetuam a dicto nobili Amedeo et suis ex vendicione facta per Stephanum Bombar de Perruys Johanni Martine patri quondam ipsius Stephani Martine precio quinquaginta et septem solidorum prout docuit per licteram manu Mermeti Bassins confectam, videlicet duas pecias terre sitas in territorio de Perruys loco dicto en Montilliez quarum una sita est juxta terram prioratus de Perruys quam tenet Perrerus Serragins a borea, et terram Nycodi de Clauso junioris a vento, alia sita est juxta terram Petri Souvens quam tenet idem Stephanus a vento, et terram Francesie uxoris Perreti Bocquin a borea.

Item, tenet idem Stephanus pro se et suis a dicto Nobili Amedeo et suis in emphiteosim perpetuam ex vendicione facta eidem Stephano sub spe reacheti per Johannetam filiam quondam Perreti Galleys uxorem Petri de Campis prout docuit per licteram vendicionis receptam per Petrum Fabri de Nyviduno precio duodecim librarum, videlicet unam peciam prati et terre sitam in territorio de Perruys loco dicto en laz Folly juxta iter tendens de Perruys versus Allamant a

lacu, et aquam dictam Gordanaz a iuria et borea, pro qua pecia prati et terre debetur dicto Nobili Amedeo et suis duos solidos Lausannenses census quos solvit nunc ipsi Nobili Amedeo dictus Stephanus et ipsos solvere tenebatur et solebat dicta Johanneti prout in dicta lictera vendicionis ipsius Stephani continetur.

B28 Item, tenet idem Stephanus ex vendicione sibi facta per Jaquetum Garny alias Bauz de Perruys prout docuit pre licteram per dictum Jaquetum Gos confectam precio novem librarum, videlicet dimidiam posam vinee sitam in territorio de Perruys loco dicto en laz Pissardaz juxta vineam dicti Stephani a iuria, viam publicam a borea, et vineam Francisci Gringalet a vento.

Item, ex vendicione facta per dictum Jaquetum quondam eidem Stephano quamdam peciam terre, ochie, et cultine sitam in villa de Perruys juxta ochiam heredum Nycodi de Divona domicelli a borea, et ochiam ac grangiam dicti Stephani a vento, pro qua pecia solebat solvere annuatim dicto quondam Jaqueto Garny et suis tres solidos Lausannenses census quos tres solidos retinet ad se idem Stephanus pro se et suis ex titulo vendicionis sibi facte per dictum quondam Jaquetum precio quinquaginta solidorum prout docuit per licteram vendicionis per dictum Jaquetum Gos confectam, et alios tres solidos census solvit Francisco Galleis pro dictis rebus.

Item, tenet idem Stephanus ex vendicione sibi facta per Johannem et Petrum fratres filios quondam dicti Jaqueti Garny prout docuit per licteram vendicionis per dictum Jaquetum Gos confectam, videlicet quamdam peciam vinee sitam in territorio de Perruys loco dicto en laz Barbettaz juxta vineam dicti Stephani a vento, et vineam Stephani Bocquin de Quercu supra Perruys a borea, que res et possessiones per dictos patrem et filios venditas ut dicitur moventur de feudo dicti Nobilis Amedei et suorum.

B28v Item, tenet predictus Stephanus de feudo et homagio dicti Nobilis Amedei quas olim solebat tenere Jaquetus de Bougel, res infrascriptas,

Primo, duos bichetos frumenti census in quibus sibi tenetur annuatim Johannes de Bougel pro quadam pecia terre sita en Oyes juxta terram dicti Johannis a vento, terram Francesie uxoris Perreti Bocquin a borea, et pascua communia a iuria.

Item, dimidiam posam terre sitam ante villam de Perruys juxta carreriam publicam a borea, terram dicti Johannis de Bougel a vento, et carreriam publicam a lacu.

Item, dimidiam posam terre sitam en laz Dongiaz juxta terram quam tenet dictus Stephanus a lacu, terram Nycodi de Clauso antenati a iuria, et carreriam publicam a vento, witnesses Perronetus Canivet ? de Bassins, Johannes Truchat de Givrins, et Petrus Nycolay clericus morans Rotuli, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B29 Perretus Bocquin de Quercu supra Perruys morans apud Perruys, 05 feb 1431, ex vendicione sibi facta per Franciscum Gringalet de Perruys morantem Lausanne precio decem et novem librarum bone monete de qua vendicione docuit per licteram vendicionis per Johannem de Serrata confectam 16 dec 1416, videlicet quamdam domum sitam infra villam de Perruys

juxta domum quam tenet Johannetus Bombar de Perruys a Francesia uxore dicti Perreti et carreriam publicam a juria, vineam Stephani Martine a lacu, ortum seu ochiam quem tenet Richardus Boudit ? ab heredibus Nycodi de Divona domicelli quondam a borea, et carreriam publicam a vento, que domus prelimitata movetur a dicto Nobili Amedeo sub homagio censerio olim recognita in extenta precedenti facta per Johannem Martine per Johannem Forneir de Perruys quondam nomine suo et Perrine eius quondam uxoris de quo homagio cum ceteris aliis rebus et censu debitis pro eisdem deservit et deservire tenetur Francesia uxor dicti Perreti ut in extenta precedenti continetur.

Item, tenet et tenere confitetur idem Perretus pro se et suis in accensamentum et abbergamentum perpetuam a dicto Nobili Amedeo et suis, videlicet quamdam peciam vinee continentem circa unam posam vinee sitam in vinobio de Perruys loco dicto en Plan juxta terram Stephani Martine a juria, vineas Glaudii Ansermier fabri burgensis Rotuli et quam tenet Perretus Gauteir a lacu, vineam prioratus de Perruys a borea, et fossale douz Ruppallax a vento, pro qua debet et se debere confitetur idem Perretus pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis, videlicet tres cupas boni vini puri et mundi seu musti ad mensuram de Perruys census, quam vineam tenet nomine accensamenti sibi facti per Nobilem et Potentem virum Dominum Johannem douz Verney militem quondam patrem dicti Nobilis Amedei de quo accensamento docuit per licteram manu Johannis Martine confectam 03 feb 1409.

B29v Item, tenet et tenere confitetur idem Perretus pro se et suis in accensamentum et abbergamentum ac emphiteosim perpetuam ex accensamento sibi facto per dictum Nobilem Amedeum, videlicet quamdam peciolam prati alias in vineam continentem circa unam fossoratam cum dimidia sitam in territorio de Perruys loco dicto ou Vuarbbat juxta viam publicam tendentem de Perruys versus lacum a borea, terram dictorum Perreti et Francesie conjugum a lacu, vineam heredum Nycodi de Divona domicelli a juria, et terram Jaqueti et Althaudi de Veterigrangia quam nunc tenet Johannes de Bougel a vento, pro qua peciola prati debet et debere confitetur idem Perretus pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis unam cupam boni vini puri franci et receptibilis ad mensuram de Germagnye census, de quo accensamento docuit per licteram manu Jacobi Cheneverii de Seysiez ? confectam 21 feb 1413.

B30 Item, tenet et tenere confitetur idem Perretus pro se et suis a dicto Nobili Amedeo et suis in abbergamentum perpetuum ex accensamento sibi facto per dictum Nobilem Amedeum per licteram manu Mermeti de Eysello receptam, videlicet unam peciam terre sitam in territorio de Perruys loco dicto en Oyes continentem unam posam terre juxta pratum dicti Nobilis Amedei a borea, et terrale seu fossale de Oyes a vento, affrontans terre Johannis et Petri Garny fratrum a juria, et terram (should be terre) Johannis de Bougel quam tenet a dicto Nobilis Amedeo a lacu, pro qua debet dictus Perretus pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis de redditu annuali, videlicet duas cupas bone avene et receptibilis ad mensuram de Perruys et unum bonum caponem census.

Item, tenet et tenere confitetur idem Perretus pro se et suis a dicto Nobili Amedeo et suis et de feudo ipsius ex assignacione sibi facta per Stephanum et Johannetum Bocquin fratres ~~ut~~ ~~asserit~~ pro decem et octo libris ut asserit contineri in duabus licteris assignacionis, quarum una recepta est per Mermetum Bassins et alias per Jaquetum Gos, videlicet quamdam peciam tam

vinee quam prati sitam supra laz Ruery juxta terram et vineam Petri Souvens a borea, et pascua communia a vento et lacu.

Item, confitetur dictus Perretus pro se et suis quod dictus Nobilis Amedeus et sui habent et habere debent in rebus et possessionibus predictis directum dominium, witnesses Johannes Reymondi alias dicto Charveron, Perretus Bocquin antenatus habitator de Perruys, et Perretus Gauteir de Perruys, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B30v Petrus Bocquin antenatus de Quercu supra Perruys habitator dicti loci de Perruys, 05 feb 1431, res et possessiones infrascriptas,

B31 Et primo, unam domum cum casali et edificio eiusdem unacum orto retro sitam apud Perruys juxta carreriam publicam tendentem versus Fontem douz Crouz a vento, domum Francesie filie quondam Humberti Hostoz uxoris Nycodi Allodi que movetur a dicto Nobili Amedeo a borea.

Item, unam peciam vinee sitam in territorio de Perruys loco dicto en Chenescel ? continentem circa duas posas vinee juxta carreriam publicam tendentem de Perruys versus Allamant a iuria, et vineam dicti Nobilis Amedei a lacu.

Item, unum parvum casale situm in villa de Perruys juxta casale Johanneti Bombar a lacu, et viam publicam tendentem versus Fontem douz Crouz a vento et jura.

Item, unam peciam vinee sitam in dicto territorio loco dicto en Plan juxta viam publicam tendentem de Perruys versus Rotulum a lacu, et vineam Glaudii Ansermier fabri de Rotulo a iuria, pro quibus rebus debet et debere confitetur idem Petrus recognoscens pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis, videlicet sex solidos et octo denarios Lausannenses census, quas res et possessiones predictas tenet idem recognoscens a dicto Nobili Amedeo sub dicto homagio ligio virtute abbergamenti sibi facti per dictum Nobilem Amedeum prout docuit per licteram per Johannem de Serrata de Albona notarium quondam confectam 01 mar 1420, witnesses Perretus Gauteir de Perruys et Perretus Bocquin habitator ibidem, with signature and paraphe of Jaqueemetus douz Ructit.

B31v Predictus Petrus Boquin antenatus, 06 feb 1431, in accensamentum et abbergamentum perpetuum a dicto Nobili Amedeo et suis ex abbergamento per dictum Nobilem Amedeum sibi dicto Petri die hodierna facto et tradicto in recompensacionem cuiusdam vinee sita en Plan, videlicet unum morsellum vinee continentem circa duas fossoratas vinee situm in loco dicto en Piera Raeyaz juxta vineam altaricensis confratrie Sancti Spiritus de Perruys a vento, et semitam tendentem versus lacum a borea, pratum Francesie uxoris Nycodi Allodi a lacu, et vineam heredum Domini Richardi Berniczot legum doctoris a iuria, et hoc pro viginti solidis de intragio habitis etc., et sub censu et servicio annuali sex denariorum Lausannensium census, witnesses Stephanus Martine de Perruys, Johannes de Bougel de Quercu supra Perruys, et Perretus Bocquin morans apud Perruys, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B32 Johannes de Bougel, 06 feb 1431, in accensamentum et abbergamentum ac emphiteosim perpetuam a dicto Nobili Amedeo et suis ex accensamento et abbergamento sibi noviter die

hodie facta per dictum Nobilem Amedeum, videlicet quamdam peciam prati sitam in territorio douz Chanoz loco dicto en Oyes desus juxta carreriam publicam tendentem douz Chanoz versus terrale d'Oyes a lacu, terrale de Chanaul a vento, pratum Johanneti Bombar et Nycodi de Clauso de Perruys a juria, et pratum dicti Johannis de Bougel a borea.

B32v Item, unum alium morsellum seu adossum prati situm ibidem juxta pratum prelimitatum a lacu, pratum Nycodi de Clauso a vento, viam publicam a juria, et pratum Petri Souvens a borea, pro quibus rebus prelimitatis dictus Johannes recognoscens debet et debere confitetur pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis novem solidos Lausannenses census.

Item, tenet magis idem Johannes pro se et suis a dicto Nobili Amedeo et suis unam peciam terre continentem circa dimidiam posam terre sitam in eodem territorio en Oyes de subtus juxta pratum dicti Nobilis Amedei a juria, pascua communia a lacu, et terrale predictum a vento, et hoc sub censu annuali unius bicheti boni frumenti ad mensuram de Perruys census et unius bone galline census, witnesses Stephanus Martine de Perruys et Perretus Bocquin morans apud Perruys, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B33 Franciscus Galleis alias dicti Gringalet de Perruys morans Lausanne, 18 apr 1431, res et possessiones inferius limitatas sub censu inferius designato,

Et primo, unam falcata[m] prati sitam in Channivet juxta pratum liberorum quondam Jaqueti Garni de Perruys a borea, et pascua communia de Pannisseres a vento.

Item, dimidiam posam vinee sitam subtus laz Salaz juxta clausum vinee dicti Nobilis Amedei a vento, et vineam liberorum quondam Jaqueti Garny de Perruys a borea.

Item, unam posam terre sitam en Curson juxta terram Stephani Martine a borea, et terram dictorum liberorum predicti quondam Jaqueti Barny a vento.

B33v Item, quamdam peciam prati sitam subtus Perruys juxta pratum Frue filie quondam Johannis Regis a juria, et pascua communia a lacu.

Item, duodecim denarios census in quibus sibi tenetur annuatim Perretus Gauterii ratione cuiusdam particulo dicto prati siti subtus Perruys.

Item, quamdam aliam peciam prati sitam ibidem juxta pratum Jaqueti dicti Foz ? a borea, et pratum Jaquete filie quondam Mermeti Lembellu uxoris Conchimandi de Subtusturrim quod tenet Johannes Masselleir a vento.

Item, viginti denarios Lausannenses census in quibus sibi Francisco tenetur Petrus Souvens de Quercu ratione cuiusdam pecie terre site subtus loz Chanoz juxta terram dictorum Bocquin a borea, et terram prioris de Perruys a vento.

Item, tenet tres solidos Lausannenses census in quibus eidem Francisco tenetur annuatim annis singulis perpetue Stephanus Martine de Perruys ratione medietatis cuiusdam pecie terre site in villa de Perruys juxta terram dicti Stephani Martine a vento, et ochiam et domum heredum

Nycodi de Divona domicelli a borea, pro quibus rebus et homagio debet et debere confitetur dictus Franciscus pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis decem solidos Gebennenses census, witnesses Perretus Bocquin habitator de Perruys et Petrus Nycolay clericus habitator Rotuli, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B34 Johannetus Bombar de Perruys, 24 sep 1431, ad culturam perpetuam a dicto Nobili Amedeo et suis sibi per dictum Nobilem Amedeum die hodierna traditam, videlicet unam posam vinee sitam in territorio de Perruys in clauso dicto de Margenczel juxta vineam dicti clausi ipsius Nobilis Amedei a vento, vineam Francisci Galleis morantis Lausanne, Conchimandi de Subtusturrim, et eius uxoris a borea, et vineam Dompni Johannis Pugini (clear) presbiteri a lacu, with various conditions concerning cultivation of this vineyard, witnesses Perretus Bocquin et Petrus Bocquin antenatus nepos dicti Perreti, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B35 Petrus Garny alias dicti Baciez ? de Perruys filius quondam Jaqueti Garny dicti loci, 29 sep 1431, res et possessiones infrascriptas,

Et primo, circa dimidiam posam vinee sitam in territorio de Perruys loco dicto subtus laz Salaz seu laz Passardaz ? quam nunc tenet Stephanus Martine nomine obligacionis seu vendicionis sub spe reacheti precio novem librarum juxta vineam dicti Stephani a juria, viam publicam a borea, vineam Francisci Galleis alias dicti Gringalet a vento.

Item, unam peciam seu sestoratam prati sitam in eodem territorio loco dicto en Channivet juxta pratum Francisci Galleis morantis Lausanne quod nunc tenet Perrerius Serragins a vento, et pascua communia a borea.

Item, circa quartam partem unius sestorate prati site in Pratis subtus Perruys juxta pratum quod quondam fuit Reymondi Regis a juria, quod nunc tenet Frua filia quondam Johannis Regis a juria, pascua communia a lacu, et pratum Jaqueti de Torculari de Perruys a borea.

Item, unam posam terre sitam in eodem territorio de Perruys loco dicto eis Cossons juxta terram quam tenet Jaquarius Cuynsins que fuit antiquitus heredum Roleti Rogimont et pratum prioratus de Perruys a vento, et terram Francisci Galleis quam colit dictus Petrus recognoscens et Johannes eius frater a borea.

B35v Item, viginti denarios Lausannenses census in quibus sibi tenetur anno quolibet Johannetus Bocquin pro quadam pecia terre sita subtus loz Chanoz (or Chanaz ?) continente circa quartum unius pose terre juxta terram Johannis de Bougel a borea, et terram Petri Souvens a vento.

Item, tres solidos Lausannenses census in quibus sibi tenetur annuatim Stephanus Martine de Perruys quolibet anno perpetue pro quadam peciola terre seu ochie et curtilis site infra villam de Perruys juxta ochiam et grangiam dicti Stephani Martine a vento, et ochiam heredum Nycodi de Divona domicelli a borea, quos tres solidos census tenet et ad se retinet dictus Stephanus Martine nomine vendicionis sibi facte per Jaquetum Garny patrem quondam dicti Petri precio quinquaginta solidorum.

Item, quamdam peciam vinee sitam in territorio de Perruys loco dicto en laz Barbettaz continentem circa dimidiam posam quam tenet dictus Stephanus Martine nomine vendicionis sub spe reacheti ab ipso Petro et Johanne eius fratre juxta vineam dicti Stephani a vento, et vineam Stephani Bocquin a borea, pro quibus rebus debet et se debere confitetur dictus Petrus recognoscens pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis quolibet anno perpetue decem solidos Gebennensium veterum census, et pro vinea de laz Barbettaz sex denarios Gebennenses census, actum apud Plantatam subtus Mont in domo habitacionis mis dicti notarii, witnesses Jacobus Dalphin habitator dicti loci (=Plantata) et Stephanus filius Anthonii Romanet de Ballens Lausannensis diocesis morans apud Plantatam subtus Mont, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B36 Johannetus Bocquin de Quercu supra Perruys filius quondam Jaquerii Bocquin, 09 aug 1432, ex permutacione sibi facta ut asserit per Mermetum Cuynsins de Bougier Millon et Nycolam eius uxorem filiam quondam Perrodi de Subtusecclesiam de Perruys, videlicet duas pecias prati sitas en Oyes, quarum una sita est juxta viam publicam tendentem douz Chanoz versus loz Sougiez a juria, pratum dicti Nobilis Amedei et terram quam tenet Perretus Bocquin a dicto Nobili Amedeo a lacu, affrontans fossali de Chenaule a vento, et prato dicti Nobilis Amedei a borea, alia sita est juxta pratum dicti Nobilis Amedei et terram seu ochiam quam tenet Stephanus Bocquin nomine permutacionis a dicto Johanneto a vento, affrontans carrerie publice a lacu, et prato Nycodi de Clauso junioris quod fuit de bonis Johanneti de Subtusecclesiam a borea, pro quibus rebus debet et se debere confitetur dictus Johannetus pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis duos panes albos valentes unum bichetum frumenti ad mensuram de Perruys census, witnesses Stephanus et Perretus Bocquin fratres de Quercu supra Perruys et Petrus Nycolay clericus morans Rotuli, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B36v Petrus et Jaquetus douz Sougiez fratrum alias dicti Gascon, 02 sep 1432, dictus Jaquetus nomine suo et Gladii eius fratris, quamdam peciam terre nunc in pratum et vineam continentem circa unam fossoratam prati et vinee unius hominis sitam versus loz Sougiez in clauso dicti loci juxta pratum dictorum fratrum quod fuit quondam Stephani Bombar a vento, pratum ipsorum fratrum a borea, vineam eorundem fratrum per methas interpositas a juria, et vicum publicum a lacu, pro qua debent et se debere confitentur dicti Petrus et Jaquetus fratres nomine quo supra pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis unum bichetum boni et puri frumenti ad mensuram de Perruys census, quam peciam prati solebat tenere nomine vendicionis, obligacionis, seu gagerie a dictis fratribus Johannes de Alingio burgensis Rotuli, de qua ipse Johannes pro se et suis dictis fratribus et suis quictavit et de presenti quictat faciens pactum expressum etc., witnesses Roletus Bosson et Johannes Bosson alias dicto Briset morantes subtus Mont, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B37v Johannes Brandis de Bougier Millon (son of Stephanus Brandis), 02 sep 1432, de laude, consensu, voluntate, et mandato Reverendi in Christo Patris et Domini Domini Jacobi Laurencii abbatis monasterii Bonimontis, medietatem cuiusdam morselli vinee siti in territorio de Bougier loco dicto in Fin douz Poy (or Pey ?), videlicet medietatem a parte lacus juxta vineam Mermeti Bassins burgensis Albone notarii et vineam Mermeti Cuynsins de Bougier Millon a juria, vineam quam colit dictus Johannes a dicto domino abbate a lacu, vineam confratrie Sancti Theodoli que fuit apud Bougier Millon a borea, et vineam quam tenet Mermetus de Peys de Brutignier a dicto Mermeto Cuynsins a vento, et hoc nomine permutacionis facte per predecessores dicti domini

abbatis Stephano Brandis patri quondam dicti Johannis loco et pro quadam alias pecia vinee sita ultra terrale que ab ipso Nobili Amedeo movebatur quam tenet dictus dominus abbas nomine permutacionis sibi facte per dictum quondam Stephanum Brandis ad morsellum vinee superius primo limitatum, ut in recognicione Johannis et Stephani Brandis in extenta antiqua seu predecentis per Johannem Martine de Perruys notarium recepta continetur, witnesses Mermetus Cuynsins [et] Stephanus et Perretus Bocquin fratres, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B38 Johanneta uxor Jaqueti Lombar de Bougier Millon, 02 sep 1432, de laude, consensu, et mandato dicti domini abbatis, medietatem morselli vinee prelimitati, videlicet medietatem a parte jurie nomine successionis dicti quondam Stephani Brandis pro dicta pecia vinee sita ultra terrale prefato domino abbati ut superius narratum est in excambium seu nomine permutacionis tradicta sub homagio per dictum Johannem recognito, witnesses Johannes Nyberti burgensis Rotuli et Petrus Nycolay clericus, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B38 Nycodus Attollaz (index : Antallaz) de Gimel morans apud Altamcuriam subtus Mont, 09 sep 1432, ex abbergamento sibi noviter facto per dictum Nobilem Amedeum ut asserit, videlicet duos morsellos vinee sitos in territorio de Altacuria loco dicto eis Genevreez ? , quorum unus situs est juxta vineam quam tenent Mermetus et Johannes Pitivalet a dicto Nobili Amedeo a borea, et vineam quam tenet Guilliermus de Gimel nomine assignationis dotis et vineam Humberti et Johannis Culeir de Yverduno a vento, alius situs est ibidem prope juxta vineam dictorum Mermeti et Johannis fratrum quam tenent a dicto Nobili Amedeo a vento, et vineam Roleti Bosson a borea, et vineam heredum Perreti Richardet morantis apud Mont a juria, pro quibus rebus debet et se debere confitetur idem Nycodus pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis in quolibet festo Beati Michaelis annis singulis perpetue duos denarios Gebennenses et terciam partum duorum denariorum Gebennensium census, witnesses Johannes de Avenay et Petrus Nycolay clericus morans Rotuli, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B38v Mermetus et Johannes Pitivalet fratres de Altacuria subtus Mont, 09 se 1432 (anno et die quibus supra), tenere et possidere pro se et suis quilibet ipsorum pro medietate in emphiteosim perpetuam a dicto Nobili Amedeo et suis ex abbergamento eisdem per dictum Nobilem Amedeum facto ut asserunt, videlicet dictus Mermetus medietatem a parte venti et dictus Johannes medietatem a parte boree unum morsellum vinee loco dicto ens Genevrees juxta vineam quam tenet dictus Nycodis Attollaz a vento et borea, et affrontat vinee heredum Perreti Richardet a juria, et terram seu tactam Johannis Pappouz de Cossonay a lacu, pro quo morsello vinee debent dicti fratres pro se et suis annis singulis perpetue in quolibet festo Beati Michaelis dicto Nobili Amedeo et suis duas partes duorum denariorum Gebennensium census, witnesses Petrus Bollieti, et Petrus Nycolay clerici et notarii, et Petrus de Platea alias dictus Pissinjat burgensis Rotuli, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B39 Johannetus Bombar alias dicti Eytrat de Perruys, 12 sep 1432, quatuor decim denarios Lausannenses census in quibus sibi tenentur annuatim Perretus Siro alias de Arnex et Johanneta eius uxor filia quondam Jaqueti Bernar ? pro quadam pecia vinee sita ouz Chastellar juxta pratum Francesie filie quondam Nycodi Gachet uxoris Perreti Bocquin a borea, vineam Perreti Souvens a vento, et viam publicam a juria, witnesses Anthonius de Chesaul domicellus et Perretus Bocquin habitator de Perruys, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B39v Petrus Siro alias de Arnex burgensis Rotuli et Johanneta eius uxor filia quondam Jaqueti Bernar, 12 sep 1432, confitentur tenere et possidere pro se et suis a dicto Nobili Amedeo et suis ac de feudo seu emphiteosi ipsius Nobilis Amedei et suorum a dicto Johanneto Bombar dictam peciam vinee superius limitatam pro qua debent dicto Johanneto et suis annis singulis perpetue quatuordecim denarios Lausannenses census, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B39v Johannes Masselleir de Quercu supra Perruys, 12 dec 1432, dimidiam posam vinee sitam in territorio de Perruys loco dicto en Champ Lolliouz quam olim solebat tenere Stephanus filius quondam Aymoneti Pitet de Bougel juxta stratam publicam a iuria, et vineam Petri souz Sougiez alias dicti Gascon quodam vico intermedio a lacu, pro qua debet et debere confitentur idem recognoscens pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis tres cupas boni vini puri seu musti ad mensuram de Germagnier seu Perruys census, witnesses Venerabilis vir Dominus Guiliermus de Lucingio prior prioratus de Perruys, Nycodus de Clauso junior de Perruys, Jaquetus Lombar de Bougier Millon, et Perretus Bocquin, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B40 Johannes de Bougel de Quercu supra Perruys, 22 dec 1432, res et possessiones inferius limitatas a dicto Nobili Amedeo et suis,

Et primo, unam peciam terre continentem unam posam terre sitam ante Perruys loco dicto ouz Pereir Costiez ? juxta terras Stephani Martine de Perruys a borea et vento.

Item, unam peciam terre alias in pratum continentem circa unam posam terre sitam en Oyes juxta terram quam tenet dictus Johannes a Stephano Martine predicto a borea, et pratum quod tenet Petrus Bertrandi titulo vendicionis seu obligacionis a Johanneto Bocquin a vento, et pratum Nycodi de Clauso antenati et terram Jaqueti douz Truyt (=de Torculari) a lacu, et pascua communia a iuria.

B40v Item, circa unam fortem posam terre sitam en Plan juxta terram dicti Stephani Martine a lacu, terras dictorum Nobilis Amedei, Stephani Martine, et plurimorum (should be plurium) aliorum a iuria, et terram Petri Souvens a vento, pro quibus rebus debet et se debere confitetur dictus recognoscens pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis quatuor solidos Gebennenses census et duas cupas boni frumenti puri ad mensuram de Perruys census.

Item, tenet et tenere confitetur dictus Johannes pro se et suis perpetue a dicto Nobili Amedeo et suis in emphiteosim perpetuam duas pecias tam vinee quam prati, quarum una sita est in territorio de Bougel juxta viam publicam a iuria, et vineam ac terram Nycodi de Clauso antenati a borea et vento, alia sita est in eodem territorio juxta vineam dicti Nycodi de Clauso a vento, et vineam Johannodi Druet et Perronete eius uxoris que movetur a Nycodo filio Guyonis ? (altered, possibly from Aymonis, not very clear, but see below and elsewhere) de Divona domicelli a borea, pro quibus duabus peciis debet et debere confitetur dictus Johannes pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis annis singulis perpetue tempore vindemiarum tres cupas boni vini seu musti ad mensuram de Perruys census.

Item, tenet et tenere confitetur idem Johannes de Bougel pro se et suis tresdecim denarios Lausannenses census in quibus eidem Johanni et suis tenetur annuatim in festo Beati Michaelis

Perretus Gauteir de Perruys pro quodam adosso vinee site ante Chenescel ? juxta vineam quam tenet dictus Perretus a Nycodo de Clauso juniore a borea, vineam heredum Nycodi de Subtusecclesiam alias Vuilliermier de Lausanna a vento, et vineam dicti Nobilis Amedei a juria, witnesses Stephanus Martine de Perruys, Perretus Gauteir dicti loci, et Petrus Souvens de Quercu supra Perruys, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B41 Perretus Gauteir de Perruys, 22 dec 1432, unum adossum vinee situm ante Chenescel ? de Bougel juxta vineam quam tenet dictus Perretus a Nycodo de Clauso juniore a borea, vineam heredum predicti Nycodi de Subtusecclesiam a vento, et vineam dicti Nobilis Amedei a juria, pro quo adosso debet annuatim dicto Johanni de Bougel tresdecim denarios Lausannenses census.

Item, tenet magis ut supra a Francisco Galleis alias Gringalet quandam particulam cuiusdem pecie prati sitam subtus Perruys juxta pratum heredum Domini Francisci Regis a juria, et pascua communia a lacu, pro qua debet dicto Francisco annuatim duodecim denarios Lausannenses census, witnesses Stephanus Martine de Perruys et Petrus Nycolay clericus morans Rotuli, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B41v Conchimandus de Subtusturrim morans apud Bougier Millon, 10 jun 1431, ex vendicione seu cessione sibi dicto Conchimando facta per Petrum Souvens, videlicet quamdam peciam terre seu vinee continentem circa terciam partem unius pose terre sitam in territorio subtus Bougier Millon juxta vineam dicti Conchimandi a parte jurie, vineam Nycodi de Divona filii quondam Guyonis de Divona domicelli a parte lacus, vineam Mermeti Cuynsins a parte boree, et [quam ?] dominus de Vuaumarcuil (de Vaumarcus) et Perretus Bertin possident a parte venti, pro qua debet et se debere confitetur dictus Conchimandus pro se et suis dicto Nobili Amedeo et suis, videlicet duas cupas boni vini albi puri seu musti franci et receptibilis ad mensuram de Germagnier de censu annui redditus per dictum Conchimandum et suos dicto Nobili Amedeo ... , witnesses Jaquarius Cuynsins alias dicto Perroz de Bougier Millon et Nycoletus Dalphini de Plantata subtus Mont, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B42 Petrus Filliectaz de Gimel, 10 jun 1431, ex vendicione sibi facta per Stephanum Brandis de Bougier Millon et Johannem eius filium a dicto Nobili Amedeo et suis et de feudo ipsius Nobilis Amedei et suorum, videlicet unum casale domus cum cultina eiusdem a parte anteriori situm apud Bougier Millon juxta domum et cultinam dicti Stephani a borea, ochiam heredum Hudrici Cuynsins a juria, carreriam publicam a vento, et ochiam dictorum patris et filii a lacu, witnesses Jaquarius Cuynsins alias dictus Perroz de Bougier Millon, Conchimandus de Subtusturrim habitator dicti loco, et Nycoletus Dalphini de Plantata subtus Mont, with signature and paraphe of Jaquemetus douz Ructit.

B42v Guillermus de Rotulo filius quondam Arsaye de Rotulo burgensis de Berno, 06 sep 1432, nomine suo et Petrimandi et sororum ipsius Petrimandi liberorum quondam Johannete sororis quondam dicti Guillermi et suorum heredum in emphiteosim perpetuam, de tenemento Nycodi Gachet ut asserit idem Guillermus, videlicet quamdam peciam vinee sitam in territorio de Perruys juxta vineam quam tenet Guillermus Chandeir civis Lausanne nomine assignacionis dotis Guillierme quondam uxoris sue et filie quondam Johannis de Clauso de Perruys a vento, vineam quam tenet dictus Guillermus Chandeir et vineam domini prioris de Perruys a juria, pascua communia a lacu, et vineam quam tenet Aymonetus de Cresto piscator

morantis Rotuli a Stephano Martine a borea, witnesses Johannes de Alingio et Johannes dictus de Alamant notarius et burgensis Morgie, with signature and paraphe of **Petrus Nycolay**.

END.